und kuniglicher mechte zu Beheim, das sie solche gelde uf solche schaden, als sie sich vormals vorschriben haben oder noch vorschreiben werden, halden mogen gen allermeniclich also lange, das sie das uber kurcze oder lange czeite wider ablozen, wenn sie das vormogen, von uns und unsern nochkomen, kunigen zu Beheim, und allen unsern amptluten ungehindert. Mit urkunt dicz brifes vorsigelt mit unserm angedrukten insigel. Geben zu Prage noch Cristes geburt dreyczenhundert jare und dornach in dem newnundnewnczigisten jaren des sunabendis vor dem suntag, als man singet: misericordia domini noch ostern, unser reiche des Behemischen in dem XXXVI. und des Romischen in dem XXIII. jaren.

Ad relacionem Sigismundi subcamerarii.
Wlachnico de Weytemule.

45.

Papst Bonifacius (IX.) erneuert dem Kloster Marienstern die schon längst (vergl. No. 36) von dem Bischof von Meißen ausgesprochene, aber noch nicht in's Leben getretene Incorporation der beiden Pfarrkirchen zu Kamenz und zu Bernstadt. **Rom, 1400 Nov. 12.**

Hdschr.: Or. Perg. Klosterarchiv Marienstern No. 186. An roth und gelber Schnur die päpstliche Bulle mit der Aufschrift: Bonifacius ep. VIIII.
Gedr.: Knothe, Geschichte des Eigenschen Kreises 71. Laus. Magaz. 47,71.
Anm.: In dorso: Gratis de mandato domini nostri pape. Gerlacus.

Bonifacius episcopus, servus servorum dei, ad futuram rei memoriam. Sedis apostolice providencia circumspecta personas sub religionis zelo natantes studio pie vite benigno favore prosequitur, et que pro personarum ipsarum, locorum et prelatorum suorum oneribus et necessitatibus supportandis provida deliberacione facta sunt, consuevit apostolico munimine roborare. Exhibita siquidem nobis pro parte dilectarum in Christo filiarum, abbatisse et conventus monasterii monialium in Mergensteyne *(sic)* ordinis Cisterciensis, Misnensis diocesis, peticio continebat, quod dudum venerabilis frater noster, tunc episcopus Misnensis, provide attendens, quod ipse abbatisse et conventus de bonis dicti monasterii nequibant commode sustentari, et ex certis aliis causis tunc expressis parrochiales ecclesias in Camencz et Bernstorph, quarum quinquaginta prefato monasterio, cujus centum marcarum argenti puri fructus, reditus et proventus secundum communem existimacionem valorem annuum, ut ipse abbatisse et conventus asserunt, non excedunt, auctoritate ordinaria in perpetuum univit, annexuit et incorporavit, prout in literis autenticis inde confectis, ipsius episcopi sigillo munitis, quarum tenorem presentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, plenius continetur. Quare pro parte dictarum abbatisse et conventus nobis fuit humiliter supplicatum, ut unioni, annexioni et incorporacioni hujusmodi et aliis in dictis literis contentis, cum nondum possessionem ipsarum ecclesiarum assecute sint, robur apostolice confirmacionis adjicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati unionem, annexionem et incorporacionem predictas ac omnia et singula in dictis literis contenta auctoritate apostolica tenore presencium